

poninse¹ et Calmontinse² et Blesinse³ et Rosalinse⁴, quicquid in ipsos pagos visus sum habere, tam terris mansis campis pratis silvis vineis cultis et incultis aquis aquarumve decursibus mancipiis servis ancillis litis^a, undecumque moderno tempore vestitus sum, totum et ad integrum, gregis cum pastoribus et omne subpellectile ad partes sancti Dyonisii a die presente pro anime meae et genitore meo Riculfo et genetrice mea Ermengarde et germano meo Gaustberto et Bonefacio et sorore mea Uualdradane et pro genelogia mea, ut per intercessione sancti Dyonisii cum sociis suis mereamur adaepisci vitam aeternam. Similiter Salona⁵, ubi edificavi ecclesia in honore sanctae Mariae, ubi requiescunt sanctus Priuatus martyr, sanctus Ilarus confessor, quicquid ibidem datum fuit de conlata populi et ipse populus mihi tradidit, omnia et ex omnibus, sicut per testamentum meum iam confirmavi, a partibus sancti Dionisii ipsa cella debeat aspicere, tam illas commutationes, quæ cum Angalramno episcopo⁶ feci, quamque et reliquas commutationes. Similiter alia cella quæ dicitur Audaldo uillare⁷, ubi sanctus Ipolitus requiescit; et tertia cella infra vasta Uosgo edificavi, ubi sanctus Cocouatus requiescit, super fluvium Laima, quae dicitur Fulrado cella⁸; similiter quarta cella infra Alamania, quae dicitur Ari-berdingas⁹, ubi sanctus Ueranus requiescit; similiter quinta cella, quae Adalungus mihi tradidit, quae dicitur Adalungocella¹⁰, ubi sanctus Iorgius requiescit; similiter sexta cella, ubi sanctus Uitalis requiescit, super fluvium Necera¹¹, quae Hafti mihi tradidit, quantumcumque ad ipsas cellas aspicere videntur et conlata populi ibidem delegavit, tam terris mansis campis pratis silvis pascuis aquis aquarumve decursibus vineis farinariis gregis cum pastoribus servis ancillas litis aurum argentum codices eramen ornamenta ecclesiarum, patellas ad salo faciendum in vico Bodatio¹² seu Marsallo¹³ una cum sessis eorum, sicut dixi, et omne subpellectile, quantumcumque ad ipsas cellas repertum fuerit, totum et ad integrum a die presente ad partes sancti Dionisii delegavi. Et dum ego vixero, ipsas res in

a) 'is' über der Zeile nachgetragen.

1) Der Gau Charpaigne, frz. Dep. Meurthe-et-Moselle. 2) Gau zwischen d. Vogesen u. d. obern Mosel, sö. vom Gau Charpaigne. 3) Der Bliesgau. 4) Roslohgowe, Untergau des Bliesgau an der Rossel, l. Nebenfluss der Saar. 5) Salonnès, els.-lothr. Kr. Château-Salins. 6) Von Metz. 7) St. Pilt Kr. Schlestadt. 8) Leberau Kr. Schlestadt. 9) Herbrechtingen würtembg. OA. Heidenheim. 10) Buch bei Schaffhausen? 11) Würtembg. Kr.-St. Esslingen a. Neckar. 12) Vic, els.-lothr. Kr. Château-Salins. 13) Marsal, ebenda.